

Caspar Mauritius Johannes Christianus Fabricius

Exercitatio Anticalvinistica Quinta De Persona Christi

Rostochii: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738379980>

Druck Freier  Zugang




Ru. Mus. 1649

Mauritius, Casper /d

Verf. Fabricius, Johan Christian

Exer. I.



EXERCITATIO ANTICALVINI-
STICA QUINTA

35

De
P E R S O N A
C H R I S T I,

Quam
Ductore Spiritu Veritatis,
Consentiente Veneranda Facultate
Theologica in celeberrima Universitate
Rostochienfi,

P R A E S I D E
Viro Reverendo & Clarissimo,
DN. CASPARO MAURITIO,
S. S. Theol. Lic. & Log. Prof. Ord.

Publicè defendendam suscipiet
JOHANNES CHRISTIANUS FABRICIUS,
Tund. Hoff.

Habebitur in Auditorio Majori ad d. 5. Maij.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO MDCCL.

1649

32

REACTIO ANTI-ANTICIPATI
DEO PRIMA

P. ERSSON
CIVIS

Consociatus Venerabilis Facultatis
Theologiae in celeberrimo Universitate
Rostochensi


DN. CASTRO MARITIMO

JOHANNES CHRISTIANUS FABRICIUS
Tunc Hoff

Librum in Museo M. J. J. J.

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

ROSTOCK
P. MICHAELI K. H. M. J. J. J.



EXERCITATIO QUINTA.
De
 PERSONA CHRISTI.

§. I.



Gredimur nunc, Deo duce, articulum
 de Persona Christi, de quo Chemnitius, Memineri-
 mus, inquit, nos misterium arcana illius, & ipsis pro-
 cul dubio Angelis admiranda copulationis, divina na-
 tura infinita cum humana finita in persona Christi,
 non posse in hujus vita caligine, mentis nostra infirmi-

RESP.
 JOHANNES
 CHRISTIANO
 FABRICIO
 TUND.
 HELF.

tate, totam ac plenè perspicere, nec omnia quae de eo quari vel disputari
 possunt, perfectè intelligere, ac quasi ad oculum demonstrare, vel debere vel
 posse: sed religiosa diligentia & sollicitudine mentem in omnibus de hoc ar-
 cano misterio, cogitationibus, questionibus & disputationibus ad lucernam
 Dei in verbo nobis praevalentem referamus, & intra metas divinae patefa-
 ctionis in scriptura tradita, nos contineamus & coercemus, lib. de duab.
 Nat. in Christ. cap. IV. pag. 19. Ubi duo inculcat Chemnitius: primum
 est, hic non posse cognosci plenè misterium illud: quod repetit pag. 28.
 51. seq. 55. 59 &c. alterum, perspicua & firma Scripturae testimonia ad-
 ducenda; quid repetit pag. 21. 28. 96. 103. &c. *Quando disputamus con-*
tra Ecclesiae hostes (monet B. Lutherus ad caput XVIII. Genes.) solida &
firma argumenta proferenda sunt. Hos enim nisi fiat, non solum ridet nos
inimici, sed in suo errore magis confirmantur. Item: Disputatio fundamen-
ta firma jaciatur necesse est: haec cum jacta sunt, nihil prohibet per allegoriam
seu figuram addere lucem causa & ornare. Vocat deinceps argumenta Rhe-
torica, etsi minus firma, tamen jucunda, nec suo fructa carentia, apta ad per-
suadendum, imo etiam utilia, postquam rei fundamenta ex aliis Scripturae
locis jacta sunt. Quare potissimum nobis curae esse debet cum in omni
 doctrinae sanae capite, cui contraveniunt heterodoxi, tum vel maxime
 in sublimi illo articulo & humanae rationi impervestigabili atq; incom-
 prehensibili de Persona Christi, ut perspicuis & stringentibus Scriptu-
 ra lo-

O

ra lo-

ra locis veritas confirmetur. Rectè enim urget CL. Mentzerus contra Martinium pag. 23. *non esse aliunde concludendum: sed semper respiciendum in Verbum Dei: hinc enim fidem esse.* Hoc sine saluberrima Chemnitii monita præmittere sequentibus placuit, quæ identidem inculcat, in aureo illo libello, quem Selneckerus in præfatione optime dicit *ex sacris literis & orthodoxæ Ecclesiæ consensu perpetuo & unanimi constructum: ex quo velut fonte Danæus in Exam. præf. pag. 1351. derivatos esse clamat omnes istius corporis (Formulam concordiæ intelligit) nexos & errores, errorumq; probationes.* Sed de his jam videndum erit, & ostendendum, Danæi criminationem falsissimam esse. Cæterum ut ordine procedamus, primum examinabimus Calvinianorum sententiam de Propositionibus Personalibus, deinde accessuri ad tria genera communicationis idiomatum: quod doctrinæ caput Calvinianos maximè urit, estq; iis velut in oculis iudes.

§. 2. Esto itaq; thesis prima: *Propositiones personales, Homo est Deus, & Deus est Homo, sunt propositiones, non verbales & improprie sed proprie & reales, imò realissima sunt: neq; tamen sunt Logica, multò minùs identica: possent quodammodo referri ad prædicationes præter naturam & per accidens.*

§. 3. Huic thesi contradicunt multis modis Calviniani. Admonitio Neostadiana pag. 70. statuit, *prædicationem humanorum de Deo, & divinorum de Homine quantum ad naturas, tantum esse verbalem: & pag. 156. Humanitati, inquit, Deitas non realiter data vel communicata est, sed personaliter unita, h. e. non sic ei data est, ut ipsa sit vel Deitas vel Deus. Et p. 68. Deum realiter est Homo respectu humanitatis suæ, sed nominatenus respectu Deitatis suæ, & non realiter.* Vid. pag. præced. Leydenenses in Synopsi Disp. 25. th. 37. hoc genus Enunciationis dicunt in personâ esse reale & proprium: *in natura seorsim considerata ne verbale quidem: at vero de personâ cum respectu naturæ verbale i. e. pertinens ad phrasos explicationem, improprium, aut, ut alii volunt, inusitatum est.* Rotundè Danæus Op pag. 1334. *Non Dei Filius Deus & Homo est: sed idem, qui Dei Filius est, & Homo est.* Ex his patet existimare Calvinianos, propositiones personales, Deus est Homo &c. respectu naturarum ne verbales, imò ne veras quidem esse.

§. 4. Unde fit, ut negent Hominem actu primo Deum esse (vid. Sade-

Sadelem de veritate Humanæ naturæ pag. 177.) confugiantque ad ἁλλόωσιν Zwinglianam. Sic Beza in coll. Mompel. p. 294. hanc propositionem ille Homo est Deus ita resolvens, *intelligimus*, inquit, *scilicet vocabulo Hominiū Filium Dei hoc modo Filius Dei qui unitus est humanitati & Deus ipse est Deus: Deus enim humanitati non est communicata.* Eandem ἁλλόωσιν propugnant, qui hanc propositionem, Homo est Deus, dicunt esse essentialiter intelligendam, hoc sensu: idem qui est Homo est Deus essentiā divinitatis suæ. Pessimè. Homo enim Deus est personaliter non essentialiter. Vid. Heidelb. in syrem Beschluß/ p. 87. Ab his non abit Ursinus in Consideratione commonefactionis p. 84. seq. *Nomen Dei vel Hominiū in prædicationibus personalibus dicitur significare individuam personam unius Christi, de qua essentia divina vel Humana prædicatur ut analogia quadam ad prædicationes speciei de Individuo hæ prædicationes referantur.* Orthodoxus autem consensus fol. 35. redarguit Lutherum, quod existimaverit in hæc propositione, Homo est Deus, Hominem supponere pro humanâ naturâ, quod πρώτον ψαδῶν errorum Calvinisticorum in hæc materiâ est, dum negant, Hominem ita capi, ut sonat; & Deum ita capiendum, ut sonat; addit autem Orthodoxus consensus hæc: *in propositione Homo est Deus, non illud, quo Christus Homo: sed quod in Christo Homo est h. e. ἰσοπέτοις & persona intelligitur. Cum itaq; hinc liqueat, propter ejusdem ἰσοπέτοις in subjecto & prædicato identitatem, Hominem Christum esse Filium Dei prædicatione verè identicâ, quâ videlicet idem de seipso hoc est, Filius Dei de suâ hypostasi ab alterâ & assumptâ naturâ appellata, propriè & essentialiter prædicetur &c.*

§. 5. Hactenus audivimus Adversarios nobis & veritati contradicentes. Quorum sententiam prius, quàm adductis rationibus profligemus, ex logicis notare pretium operæ erit, omnem prædicationem, Logicam esse prædicationem naturalem & directam, cum nimirum vel universalis terminus de minus universali, vel connotativus de absoluto prædicatur Huic opponitur prædicatio indirecta, inordinata, contranaturam, cum prædicatur minus universale & absolutum de magis universali & connotativo. His prædicationum generibus addendum est tertium, prædicationis præter naturam & per accidens, in quâ subjectum æque aptum est, ut sit prædicatum, & prædicatum æque aptum, ut

fiat subiectum, ut si dicam: album est dulce, Philosophus est Theologus. &c. Nec est quod dicas, fieri non posse, ut hæc ipsa de se mutuo prædicentur, cum sint disparata. Nam aliud est disparata prædicari: aliud terminos, in quibus disparata implicantur, prædicari. Prius est impossibile: posterius fieri posse quotidiana experientia testatur.

§. 6. Talem dicimus esse prædicationem personalem, per accidens nim. & præter naturam. Quam alii nostratum haut dubitaverunt paronymicam vocare, non quidem sensu Arist. sed Scholasticorum. Nam secundum Aristot. ad paronymicam prædicationem tria requiruntur, 1. Forma denominans accidentalis. 2. Subiectum denominatum. 3. ipsum paronymum. Scholastici verò paulò latius acceperunt prædicationem paronymicam & accidentalem pro eâ prædicatione, cuius prædicatum non est de essentiâ Subjecti. Videatur Cl. Reinbothius tract. de prædic. Person. Unum hæc addendum de ἀλλοίωσι quam ipse quoq; B. Lutherus statuere videtur. Verum longè aliter explicat ἀλλοίωσιν, quàm Calviniani nimirum, per ἀντίδοσιν s. reciprocationem respectu prædicati, hoc sensu: De Filio Dei dici potest, quod sit homo, & quod sit Deus, & rursus de Filio Mariæ dici potest, quod sit Homo, & quod sit Deus καὶ ἀλλοίωσιν h. e. καὶ ἀντίδοσιν per reciprocationem, alternativè. Calviniani verò suam ἀλλοίωσιν explicant ratione Subjecti ita nim. ut aliud subiectum nominetur aliud intelligatur, pro ut modò dictum est.

§. 7. Assertionis nostræ sequentes damus rationes: I. Qualis est communicio naturarum, talis est prædicatio. Atqui communicio naturarum, est realissima. E. & prædicatio. Major est clara: modum enim essendi sequitur modus prædicandi. Minor ex plurimis Scripturæ locis patet. Hic urgeamus locum ad Ebr. 2. 14, & 16. Ubi verbali communicationi & prædicationi totus contextus reclamationis: dicitur namq; Deus particeps factus humanitatis ad eundem modum, quò pueri communicant carni & sanguini. Atqui id fit realissimè. E. II. In quâcunq; propositione uterq; terminus accipitur propriè, ita ut à nativâ significatione non demigret in alienam, illa est propria. Atqui in propositionibus personalibus uterq; terminus propriè accipitur. E. III. In quâcunq; propositione termini formaliter, imò realiter distinguuntur, illa non est identica. Atqui in propositionibus personalibus termini realiter distinguuntur. E. IV. In quâcunq; prædicatione prædicatum formaliter sumptum
nom

non est de essentia subjecti formaliter sumpti, illa non est essentialis, univoca vel synonymica. Atqui in prædicat: personalibus prædicatum formaliter sumptum non est de essentia subjecti formaliter sumpti E. V. Quod Homo sit Deus actu primò evidenter sic probatur: Messias est Deus realiter & actu primo. Messias est Homo realiter & actu primò. E. quidam qui est actu primo & realiter Homo, est Deus realiter & actu primo. VI. Quæcunq; prædicatio non est paronymica nec Synonymica proprio loquendo, illa nõ est Logica. Atqui prædic. Pers. nec sunt paronymicæ, nec Synonymicæ. E. VII. Quæcunq; prædicatio tales habet terminos, quorum uterq; æquè aptus natus est subjici ac prædicari, illa prædicatio est per accidens & præternaturalis. Atqui propositio personalis est propositio quæ tales habet terminos, quorum uterq; æq; aptus natus est subjici ac prædicari. E. Dices exempla prædicationis per accidens supra allata huc non quadrare. Verum quidem esse cum duo accidentia prædicantur de unò supposito, tum ea de se invicem prædicari v.g. Philosophus est Theologus: Album est dulce, &c. Sed in his propositionibus nullam esse terminorũ communicationẽ, qualis est in propositionibus personalibus. Resp. Ideo diximus in thesi: Quodammodo. Homo enim non tantum Deus est, sed & *Deificatus secundum dispensationem unionem*, ut loquitur Damasc. l. 3. c. 17. *Secundum Hypostasin dico*, inquit, *secundum quam inseparabiliter Deo verbo unitur, & in se invicem naturarum ingressionem immanfionemq;* (*ἡ ἐνχώρησις* de qua vid. c. 7.) quemadmodum dicimus ferri ignitionem, &c. Vid. quæ habet cap. 12. Ubi explicat, cur dicatur virgo Deipara. De voce dispensationis seu *διανοίας*, vide notas Casauboni ad Epist. Gregorii Nysseni.

§. 8. Hactenus de propositionibus personalibus: nunc ad genera communicationis Idiomatum transeamus. In primo genere controversum est, an realiter Deus passus & mortuus sit. Negant id Calviniani. Admonitio Neostadiana sic censet pag. 250. *Divina dicuntur de Christo secundum Deitatem, humana secundum humanitatem. E. Deus passus, mortuus est realiter quatenus Homo; sed nominetenus quatenus Deus est &c.* Vid. Leyd. loc. citato supra. Communiter Calviniani propositionem hanc, Deus est passus, explicant vel per *ἀλλοίωσιν* Zwinglii, ita, ut una natura nominetur, sed altera intelligatur, hoc sensu; Humana natura Deo unita est passa: vel per *synechd.* partis pro parte, hoc sensu: Deus,

i. e. caro unita Deitati est passa. Tales ἀλλοιώσεις nos repudiamus quippe ex quibus sequitur, solam humanitatem esse passam. Alias terminum κατ' ἄλλο in hac materiâ non defugimus, pro ut videre est apud Celebrauff. Chemnitium de duab. naturis in Christo c. 14. p. 71. Ibi dicit aliter κατ' ἄλλο capi in primo hoc genere Communicationis Idiomaticum, aliter in tercio genere: in primo genere esse particulam distinctivam (non autem: separativam) v. g. Deus est passus κατ' ἄλλο, non quidem secundum Deitatem sed secundum humanitatem; in tercio autem genere κατ' ἄλλο significat causam v. g. Caro Christi est vivifica propter Unionem, non per se &c.

§. 9. Nostra sententia est, *actiones & passiones humana natura realiter imò realissimè esse ipsius persona Filij Dei.* Quod sic probamus: Si verè & realiter duæ naturæ in unam coiverunt personam, aded ut caro assumpta propria sit caro Filij Dei, sequitur, quod verè & realiter possideat persona, quicquid habet humana natura, quodque verè & realiter Deus est mortuus, genitus ex Mariâ &c. Atqui verum prius, E. & posterius. Dices, etiam Neostadianam admonitionem pag. 75. fateri Deum esse passum, quatenus: 1. Deus vult obedientiam carnis; 2. occultat suam gloriam; 3. non repellit à naturâ humanâ mortem & ignominiam; 4. sustentat in cruciatu naturam humanam; 5. vult Pater æternus ut nos recipiat in gratiam propter hanc victimam, & 6. addit dignitatem huic victimæ &c. Resp. hæc non sufficere: addendum enim, Deum esse passum personaliter, appropriativè, relativè, quia passa est persona Filij Dei in proprio corpore, & redundat hæc passio in ipsum Dominum gloriæ. Dicunt quidem Calviniani, Deum passum esse in suâ carnis personaliter sibi unitâ, sed sine appropriatione hoc factum esse dicunt, seu sine communicatione priorum, tantum verbaliter & impropiè.

§. 10. Tantum de primò genere communicationis Idiomaticum: ad secundum pergimus, ubi disceptatur, an in operibus officii caro operetur supra naturales vires. Calviniani id negant, contententes, *Christum suâ humanitate non exaudire omnes, non servare omnes, non dare Spiritum Sanctum: solum hæc Deitati propria esse, ideoque homini Christo convenire, non qua homo, sed quatenus Deus est: negant item, Christum humanitate suâ mittere Spiritum sanctum in corda hominum, portare omnia manibus & hume-*

*& humeris, carnem Christi negant operari vitam eternam, negant Divinitatem exercere totum opus vivificationis, & mundationis per humanitatem, negant denique probari posse, Johannem etiam loqui de expurgatione peccati, cum inquit: sanguis Christi emundat nos, &c. Vide de his omnibus Admonitionem Neostadianam pag. 79. 253. 271. 73. 274. Nostra sententia est omnino carnem in operibus officii operari supra naturales vires. Coeterum hic distincte expendenda veniunt, 1. subjectum operationis, seu principium ut quod, quæ est persona. 2. Principium ut quo, quæ sunt naturæ Christi, divina tanquam causa principalis, humana, tanquam causa instrumentalis unita & conjunctissima. 3. Ipsa operatio v. g. pro peccatis mundi passio humanitatis, ejusque elevatio supra humanæ naturæ vires: 4. Ipsum opus s. *ἀποκαθάρσις* v. g. Delectio peccati, reconciliatio cum Deo &c. Nempe in secundò hōc genere antiquitatis illa regula observanda est: *Utraque natura agit quod suum est, sed cum communicatione alterius.* Unde id quoque patet, opera officii rectè referri ad Idiomatum communicationem, ejusque peculiare genus constituere: nisi fortè velis vocare communicationem operationum, de quâ vide Chemnit. lib. de duab. naturis in Christo cap. 12. Ubi enim est *ἰδιὸν καὶ κοινῶν*, ibi est communicatio Idiomatum. Atqui hīc est *ἰδιὸν*, hic est *κοινῶν*, E.*

§. II. Sententiam nostram geminò probamus argumentò. Primò. Cum dicitur, sanguinem Jesu Christi Filii Dei mundare à peccatis 1. Joh. 1. & reconciliare cum Deo Romanor. 5. 9. 10. tum ratione ejus actus vel agit supra vires suas humana natura, vel non agit. Si agit, habemus intentum. Agere autem ita probamus: si suis viribus natura humana vel sanguis humanus non potest mundare à peccato, sequitur naturam humanam supra vires suas elevatam agere. Atqui verum prius, E. & posterius. Major patet. Minor manifesta est ex *Es. 43.* &c. & infinitis locis aliis, in quibus mandare seu delere peccata ceu Dei proprium describitur. Excipiunt hic Calviniani mundare meritò, nō autem efficaciam. Resp. Eriam mundare meritò est supra humanas vires. 2. Quod etiam mundet efficaciam, patet inde, quod sanguine illo dicimur reconciliati, justificati Rom. 3. v. 25 cap. 5. 9. 10. Secundo. Si verè participat humana natura de Majestate & gloriâ Dei, sequitur eam per illam communicatam majestatem agere in operibus officii, Prophetici, Regii, & Sacerdotalis. At qui verum prius, ut patebit ex sequentibus, E. & posterius, Majoris con-

connexio patet. Nam in eum finem communicata fuit gloria & plenitudo majestatis divinæ, ut humana natura apta esset exercere opera Prophetica, Sacerdotalia, Regia, miraculosa, ut posset gubernare cœlum & terram.

§. 12. Superest tertium communicationis Idiomatum genus idemque maximè controversum, de communicata Christo homini verè & realiter gloriâ & plenitudine majestatis divinæ. Calviniani phrasin illam, Christus Homo est omnipotens, explicant per ἀλλοίωσις & Synechdochen, hoc sensu, divinitas humanitati conjuncta est omnipotens, ut una natura nominetur, altera intelligatur. In Colloq. Mompelgartensi, p. 265. fatetur Beza, *summa dona Deitatis, quæ in creaturam cadere possunt, & quorum capax est natura humana, in humanitatem Christi collata esse, sed hæc dona, inquit, non sunt proprietates Deitatis, quæ incommunicabiles sunt, sed habitualia dona creata, quæ natura humana in se habet, quibus omnes creaturas superat.* Et Admon: Neostad. pag. 252. Sicut, ait, non sequitur, ex unione Deitatis communicari realiter humanas; sic etiam non sequitur ex eâ, humanitati realiter, communicari divinas proprietates essentielles: & pag. 37. Naturâ singulâ in Persona Christi, realiter communicari proprietates essentielles alterius naturæ, negamus & pernegamus eum scripturâ & orthodoxa Ecclesia, Vide pag. 25. seqq. 397. seq. Ibidem Neostadiani explicantes locum Col. 2. 9. In ipso habitat &c. dicunt plenitudinem Deitatis esse ipsam hominis substantiam pag. 257. Quæ locutio, si accipiat, ut sonat, ipsum Eutychanismum sapit.

§. 13. Nos, verè & realiter Christum Hominem participare de gloria Deo propriâ & plenitudine majestatis divinæ, primum in genere, deinde in specie probaturi, prænotanda nonnulla duximus. Inter quæ primò locò ponimus, ex præliminari dissertatione repetentes, aliud esse propria communicari, aliud propria fieri communia. Hoc fieri per naturam rerum nequit, cum involvat contradictionem; alterum fieri posse, ipsa natura clamat. Videantur dicta Diss. I §. 19. Deinde, cum communicari dicimus proprietates divinas, addimus, inter proprietates divinas distinctionem quandam esse. Aliæ nim. sunt, quæ communicari & potuerunt & debuerunt, ut Humanitas Christi obeundis officij mediatorij functionibus par esset, quales sunt omnipotentia &c. de quibus thesib. seqq. Aliæ autem tales, quas communicari immediate implicat contradictionem, uti sunt, Independentia, quæ creatura

ra

ra competere nequit: Immenfitas, quæ cum finito & circumſcripto cor-
 pore ſtare nequit: Æternitas, quæ tempori, ſpiritualitas, quæ incarna-
 tionis repugnat &c. Quomodo in homine anima certas proprietates
 non omnes ſed *ἐνεργητικὰς* ſeu tales, quæ operationem quandam ex-
 ternam producant, communicavit corpori v. g. potentiam videndi, ſen-
 tiendi, vegetandi &c. non autem ſpiritualitatem, immortalitatem &c.
 Tertiò diſtinguimus poſſeſſionem ſeu *κτῆσιν* ab uſurpatione ſeu *χρῆσει*
 gloriæ illius poſſeſſionem Chriſtus Homo per unionem perſonalem in
 ipſo incarnationis momento accepit, ſed detinuit eum in ſtatu exinanitionis
 per voluntarium obicem; exierit autem planè in ſtatu exaltationis.
 Ubi diſtinguendum iterum eſt inter uſurpationem particularem, quam
 etiam concedimus in ſtatu exinanitionis, & univerſalem, quam
 negamus. Quarto, cum communicari proprietates divinas dicimus, pa-
 tet, hanc communicationem non eſſe mutuam vel reciprocam: neque
 enim humanitas dare aliquid perfectionis poteſt divinæ naturæ. Quod
 de proprietatibus dicimus, idem de operationibus quoque dicendum.
 Ubi notamus ex Cl. Schrödero ſceptr. regal. Chriſti pag. 44. quod
 communicatio operationum ſit gemina: una, quæ conſideratur in ma-
 tuo concuſſu diverſarum operationum divinæ & humanæ naturæ ad
 commune *δοτιλέσμα* &c. altera, quâ operationes divinæ naturæ vi-
 vificam eſſe, operari miracula, gubernare omnia &c. communicantur
 cum organo carnis, non autem viciffim operationes humanæ naturæ
 cum Deitate: Illa eſt mutua: hæc non: nec enim dicendum: divina
 natura ambulat, bibit, moritur. Tandem non eſt quæſtio de donis habitua-
 libus & finitis, hæc enim utrinq; conceduntur Chriſto homini in eſſe: nec
 quæritur de communicatione, quæ deſtruat veritatem humanitatis:
 hanc enim utrinq; deſtatur.

S. 14. Pro adſtruendâ theſeos noſtræ orthodoxiæ ſequentia mili-
 tant argumenta. Quæcumque gloriam Chriſtus habuit apud Patrem,
 ab æterno, eam accepit Homo Chriſtus. Atqui gloriam divinam inſini-
 tam &c. habuit Chriſtus apud Patrem ab æterno. E. Major probatur
 Joh. 17. 5. *Pater glorifica me apud te metipſum ea gloria, quam habui apud
 te prius quam mundus eſſet.* Excipiunt hic Calvin. intelligi gloriam media-
 tionis. Reſp. eam Chriſtus non habuit ab æterno. Excipiunt 2. fuiſſe
 eum ab æterno ad hanc gloriam deſtinatum. R. hoc ſi valeretur, liceret
 quoq; dicere, electos ab æterno habuiſſe vitam æternam, quia ab æter-
 no ad

no ad eam sunt prædestinati. Excipiunt ꝑ. esse sermonem de declaratio-
 ne. Resp. eã nunquam apud Patrem indiguit. Denique excipiunt pro-
 prietas essentielles non posse consequens esse obedientiã vid. Phil 2. 7.
 9. R. distinguendo inter possessionem & usurpationem. Usurpacio fuit
 consequens obedientiã. Secundo sic arguimus: Cuicunque datus est
 Spiritus non ad mensuram, ille infinita accepit dona. Atqui Christo Ho-
 mini datus est Spiritus non ad mensuram. E. Minor est Joh 3. 34. Exci-
 piunt, alij quidem, Johannem loqui de donis creatis, quã sine mensura
 sunt collata Christo Homini, sed non immensẽ: alij, dici hæc de Filio
 Dei tanquam de persona missa. Respondetur, ad primum quidem urgen-
 do literam, *sine mensura*. Ad secundum, non posse dici sine suspitione
 Atrianismi: Filio Dei & personã divinã aliquid in tempore datum fuisse:
 de qua re infra dicetur. Tandem: In quocunque habitat tota Deitatis
 plenitudo *σωματικῶς*, ille non tantum finita dona, sed etiam infinita
 accepit. Atqui in carne Christi, sive in humanã ejus natura habitat
 tota plenitudo Deitatis *σωματικῶς*. E. Minor patet ex Colof 2. 9. *ἐν αὐ-
 τῷ, τὸ πᾶν, ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ* Damascen. l. 3. de orthodoxã fide c. 6. Ex-
 ciipiunt nihil hîc aliud dici, quã Christum esse verum & essentialẽ
 Deum. Respondemus, repugnare literam huic glossã. Et distinguit Apo-
 stolus inter inhabitantem deitatem atque ipsum habitaculum: semper
 quẽ τὸ κατοικεῖν in novo testamento tribuitur habitanti tali, qui est di-
 stinctus à suõ habitaculõ. Chryl. Homiliã de Spiritu S. tom. 3. colum 894.
 sic scribit: *Non dicit simpliciter, in quo habitavit Deitas, sed plenitudo
 Deitatis, hoc est, omne Deitatis donum: Et ne quis putet, quod in Deo verbo
 habitaverit, dicit: In quo habitavit omnũ plenitudo Deitas corporaliter.
 In carne ejus omnũ plenitudo sapientia, intellectus, virus signorum, omnũ
 operationis.*

§. 15. In specie quod attinet communicata humanitati infinita do-
 na, primõ occurrit *personalitas* sive *hypostasis* Filij secundum illud Jo-
 hannis: Verbum caro factum est, hoc est, interprete Damasceno lib. 1.
 de orthodoxã fide c. 11. Hypostasis verbi *ἀρετή* facta est hyposta-
 sis carnis. Excipiunt, communicationem hypostaseos nihil aliud esse,
 quã assumptionem carnis. Respondetur, hanc non esse integram ex-
 plicationem. Primõ enim hodiequẽ Filius Dei cum humanitate assum-
 pta communicat hypostasin, quam tamen hodie non assumit. Deinde
 assumitur natura, communicatur hypostasis. Adde, quod vox assump-
 tionis

ptionis sit ambigua & ambigüe olim à Nestoriò usurpata, ut ex anathematismo quarto apparet, Concilii Ephesini. Vid. Schroderum lib. citato pag. 12.

§. 16. Secundum donum infinitum Homini Christo communicatum est *omnipotentia*. Admonit. Neostad. pag. 324. censet: *Humanam naturam omnipotentiam, omnium, immensam facere, nihil est aliud nisi eam Deificare; cum idem sit omnipotentem esse & Deum esse. Non ergo jam Filius Dei est caro nostra & os nostrum; sed vel aliam naturam assumpsit, vel assumptam naturam nostram in alienam transformavit. Et pag. 496. se caro Christi realiter est omnipotens, ac proinde realiter Deus, non est caro vera, non caro nostra, non carni nostra $\delta\omega\sigma\sigma\iota$, atq; ita consolationis & salutis nostra fundamentum tollitur. Sic argumentatur. Cui secundum humanam naturam data est omnis potestas in cœlo & in terrâ, ille secundum humanam naturam est omnipotens. Atqui Christo secundum humanam naturam data est omnis potestas in cœlo & in terra. E. Christus secundum humanam naturam est omnipotens. Minor constat ex dictis non minus notissimis quam clarissimis. Matt. 28. 18. dicit Christus sibi datam esse omnem potestatem in cœlo & in terrâ. Dan. 7. 14. Filio hominis dicitur datus esse dominatus, gloriaque ac regnum, ut omnes populi, nationes & lingua ei serviant: *cujus dominatus dominatus est perpetuus, qui non præterit, & regnum ejus regnum, quod non corrumpitur*, Matt. 11. 27. Christus omnia sibi tradita esse à Patre asseverat Joh. 13. 3. introducitur Jesus sciens Patrem omnia sibi dedisse in manus: c. 17. 2. Ipse Christus testatur datam sibi potestatem in omnem carnem. Apoc. 5. 12. Seniores voce magnâ dicunt: *dignum esse agnum illum mactatum, qui accipiat potestatem & divitias & sapientiam, & vires & honorem, & gloriam & benedictionem: quibus concinunt omnes res conditæ quæ in cœlo sunt & quæ in terrâ, & sub terrâ, & in mari, & quæ in eis sunt omnia: ei qui insidet throno & agno benedictio & honor & gloria & robur in secula seculorum*. Excipiunt hîc Calviniani & ad locum quidem Matth. 28. intelligi eum de collectione & gubernatione Ecclesiæ, quæ sit potestatis finitæ: imò potentiam Christi hominis nominibus illis cœli & terræ velut certis finibus seu limitibus circumscribi. Respondetur, peti id, quod in principio est, imò disputari contra principia. Quis enim nescit scripturæ stilo omnipotentiam Dei circumscribi expressione cœli & terræ? 1. Paralip. 29. 11. sic Deo benedicit David: *Tua est, à Jehovah, magnitudo & potens**

via & gloria & eternitas ac majestas, imò omnia in cælo & in terra. Ipse
 Christus Matth. 11. 25. Omnipotentiam Dei iisdem terminis circumscri-
 bit, cum inquit: *Gloriam tibi tribuo, Pater Domine cæli & terra &c.* Sic
 Abraham Gen. 14. 22. sic alii Sancti summam Dei potestatem ac po-
 tentiam describunt. Ergone dicendum, omnipotentiam Dei esse fini-
 tam? Excipiunt amplius, Christum hic loqui de officio mediatorio &c.
 Respondemus, confundi potestatem, quâ Christus Homo in officio suo
 utitur, cum ipso officio. Denique excipiunt *παντων εξουσιαν* hic dici
 omnem potestatem vel jus, quale, v. g. Princeps aliquis terrenus habet
 delendi extemam principatui ipsius vim inferentes, utut non habeat.
δυναμιν & vires &c. Respondetur hoc effugium ipsi quoquo Zanchio
 displicet lib. 2. de incarn. quæst. 12. pag. 400. Et quanquam *εξουσιαν* &
δυναμιν profani fortè autores distinguant, in N. T. sæpe connectuntur,
 sequè mutuò explicant, vide Luc. 9. 1. & c. 4. 36. & c. 10. 19. 1. Cor. 15.
 24. Eph. 1. 21. Apoc. 17. 13. 1. Petri. 3. 22. Estque *εξουσια* velut exercitium
δυναμεις Joh. 17. 2. Luc. 22. 69. Matth. 24. 10. Apoc. 5. 12. 13. Adde
 quod *εξουσια* illa dererminetur *ερανω και τη γη*, de quo antea dictum.
 Quare ita concludimus, illa *εξουσια παντων* Calvinistica aut est ipsa omni-
 potentia *παντων δυναμεις*, aut omnipotentiam includit, aut caret *δυνα-
 μει* & virtute. Si primum & secundum, habemus intentum. Si ter-
 tium, titulus sine re attribuitur Christo, quod falsissimum est, vel Lei-
 densium iudicio, quorum disp. 28. th. 26 hæc sunt verba: *Hæc Christi
 capitis gloria non est titularis, sed cum potestate & imperio in omnes crea-
 turas etiam conjuncta; quæ tanquam Rex & gubernator omnium, verbo &
 spiritu suo Ecclesiam efficaciter è mundo colligit, & potentia sua adversus
 mundum & Satanam conservat ac ruetur &c.*

§. 17. Hæc omnipotentia communicata in tres velut surculos di-
 viditur: nim: *potentiam vivificandi, potentiam miracula edendi,*
denique potestatem iudicandi orbem terrarum, quæ pariter infi-
 nita sunt dona. Et de virtute quidem vivificatrice tum corporali, tum
 spiritali loquuntur expressi scripturæ textus. 1. Cor. 15. 21. dicitur
per Adamum primum mors, per secundum resurrectio mortuorum futura:
Sicut enim in Adamo omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificantur.
 Joh. 11. 25. dicit Jesus: *ego sum resurrectio & vita: qui credit in me,*
etiamsi mortuus fuerit, vivet: & qui quis vivit & credit in me, non moritur

in

in aeternum. 1. Joh. 1. 7. Sanguis Jesu Christi dicitur nos mundare ab omni peccato. Et Ebr. 9. v. 14. Idem Sanguis Christi qui per Spiritum aeternum se ipsum obtulit inculpatum Deo, emundare dicitur conscientiam nostram à mortuis operibus ad servendum Deo vivo. Eph. 2. 5. dicimur vivificati cum Christo, gratia ejus servari, unaq; suscitari, & collocari in caelis in Christo Jesu, Matth. 9. 6. testatur Christus se ut Filium hominis habere potestatem in terrâ remittendi peccata. De virtute miracula patranda, testantur loca plurima. Luc. 8. 46. Christus ait virtutem sanandi à se prodisse. Matth. 8. 3. Jesus extensa manu purgat leprosam. Unde Petrus in Act. c. 10. v. 38. Jesum prædicat Nazaraeum unctum à Deo esse Spiritu sancto & potentia, & obambulasse beneficiis afficientem & salvantem omnes sub Diaboli potestatem redactos, quoniam Deus erat cum eo. Tandem, potestatem judicandi humanitati Christi esse communicatam, patet ex Matth. 26. 64. Ubi confessui Sacerdotum & Seniorum dicit Christus, quod sint visuri Filium hominis, sedentem ad dextram potentie Dei, & venientem in nubibus caeli. Clarissime Joh. 5. 27. potestatem datam esse Christo, ait judicium exercendi, quatenus Filius hominis est. Ipsi quoque Angeli Act. 1. 11. confirmant eundem Jesum, qui ascendit in caelum, venturum ad judicandum vivos & mortuos, uti symbolo Apostolico confitemur. Hæc dona excipit donum omniscientie quod itidem humanitati Christi esse communicatum, patet ex Col. 2. 3. Ubi in Christo omnes thesauri sapientie ac notitie absconditi dicuntur Esa. 11. 2. super Filio hominis quiescere dicitur Spiritus Jehova Spiritus sapientie & intelligentia, Spiritus consilii & potentie, Spiritus scientia & reverentia Jehova Johannes cap. 2. 24. causam exponeus cur Jesus non crederet semetipsum Judæis hæc subjungit; non opus erat. ut quinquam ei restaretur de homine; ipse enim sciebat quid esset in homine, ipse noverat omnes c. 6. v. 64. Jesus à principio dicitur scivisse, quinam essent credituri, quinam non credituri. Et diserte Petrus apud Johan. 21. 17. Domine, inquit, tu omnino scisti. Quæ contra Calvinianos tenenda sunt, contententes cum Orthodoxo Consensu pag. 125. eum, qui asserat humanam Christi esse vivificam; invehere Theologiam omnibus veris Christianis & orthodoxis execrandam. Execranda vero hæc est audacia & temeritas, nec nisi anathemate elidenda, quod suggerit Ephesinum Concilium Canon. 11. Si quis non confiteretur, CARNEM Domini esse vivificam, propterea quod propria facta est Verbi, quod omnia vivificat, Anathema sit. In cujus Ana-

thematismi explicatione Cyrillus dicit: Nestorium voluisse vivificationem tribuere carni Christi, sed sententias Job. 6. expo.uisse de sola divinitate. Tom. IV. pag. 140.

§. 18. Enumerata hæcætenus infinita dona sequitur dignitas adorationem recipiendi. Hanc Calviniani in scriptis suis variè impetunt. Consens. orthod. cap. 6. pag. 121. sic statuit: *Quæ in concreto de persona ut homine dicuntur, non statim quoq; de Natura & Humanitate in abstracto predicantur: eo quod humanitatis natura non sit illud, quo, vel, cuius, ut ita dicam habitatione Homo sit Deus omnipotens & adorandus.* Dantzus in Exam. lib. Chemnit. pag. 415. hæc habet verba: *Ad ipsam Christi carnem etiam in unione persona manentem propriè & per se non dirigitur aut spectat illa nostra invocatio & adoratio, quia qui ad ipsam Christi carnem suam adorationem dirigit ex ipsius Dei ore maledictus est. Jerem. 17. 5. est idololatra Gal. 4. 8. Deum blasphemat Deut 4. 6. &c. cum Christum quæ homo sit conservus noster Apoc. 19. 10. &c.* Hanc blasphemiam approbat Beza in Colloq; Mompelgart. pag. 35, qui pag. 344. proficitur, Calvinianostorum Christum adorare, sed non totum Christum hoc est, humanitatem cum Dei tate, quod hæc similitudine explicat: *Regem vel principem adoro purpuratum, dextra tenentem sceptrum. In illa adoratione non respicio vel ad coronam, quam in capite gestat, aut ad purpuram, qua indutus est, aut ad sceptrum, quod in manu tenet.* Sohnius, Martinus, & Remonstrantes gradus quosdam religiosæ adorationis constringunt, Papistarum dulciæ, hyperdulciæ & laticæ haud absimiles: contendentes, carnem Christi non debere adorari adoratione DEi, hoc est Deo debita: Sed adoratione aliqua inferiori, neq; tamen civili sive politica, sed verè religiosa, quæ sine scelere gravis blasphemiciæ nulli creaturæ possit exhiberi. Et Remonstrant. Apolog. pag. 154. *Personam inquit J. C. una adoratione adorare & quidem simul cum carne sua ut adoranda, quid aliud est, quam Christum, etiam quatenus homo est, obiectum formale adorationis statuere?* Sed de Remonstrantibus sub finem harum Exercitationum, cum Deo, pluribus dicetur. Hic notamus, etiam si Obiectum adorationis formale, per se, absolutum & primum, intrinsece continens & terminans rationem adorandi solam dicamus divinitatem esse; humanitatem vero obiectum materiale tantum, secundarium & quasi respectivum, quod propter excellentiam non propriam sed appropriatam & communicatam colitur, tamen non sequi, De-

um & hominem non una adoratione coli. Sicut enim omnipotentia una & eadem θεοθρόνω Deo atq; homini tribuitur, Deo ut subjecto inhæſionis, homini ut subjecto prædicationis: ita unus idemq; cultus divinus Deo proprius, homini appropriatus à nobis hic statuitur. Ex his patet, quid respondendum sit ad quæſtionem, quam haud ita pridem movit Maccovius: An Christus, quæ mediator, sit religioſe adorandus. Quod omnino affirmandum, ita tamen ut ratio formalis, sub qua Christus, etiam qua mediator est, adoratur, sit sola divinitas ἀραρκῶ pariter & ἐνσάρκῶ.

§. 19. Interim eadem adoratione, qua Filium Dei adoramus, hominem quoq; adorandum esse, sic probamus: In cujus nomine ſectuntur omnia genua & quem omnis lingua confitetur Dominum ad gloriam Patris, is adorandus est adoratione ſoli Deo propria. In Christi DEI & hominis nomine ſectuntur omnia genua &c. E. Vid. Rom. 14. 11. Phil. 2. 9. 10. Heb. 1. 6. In quibus locis & de adoratione ſoli Deo debita, & de adoratione homini Christo communicata agi ex inspectione evidens est. Deinde ita concludimus: Si caro Christi in cœna manducatur fide, utiq; in eam credendum. Si credendum, utiq; ea est adoranda adoratione ſoli Deo debita. At verum antecedens E. & conſequens. Vide Rom. 10. 14. Adde argumenta validiſſima è conſenſu antiquitatis, ipſorumq; adeo adverſariorum petita. *Quisquis negat, una adoratione venerandum Immanuelem, unamq; ei glorificationem dependendam, juxta quod verbum caro factum est, anathema ſit, ut habet anathematismus VIII. Concilii Ephesini cui adſtipulatur Concil. Oecumen. V. Si quis non una adoratione DEUM verbum incarnatum cum ejus carne adoraverit, anathema ſit.* Adde Cyrilli deſenſionem VIII. Anathematismi, docentis eum, qui non dicat unicum filium unica conſidentia honoratum eſſe, ſed duabus ita ut una propria tribuat ſit corpori, altera verbo, diſſolvere unitatem perſonæ: & Canonem 7. Concil. Conſtantinopol. V. ubi deſinitur, eum, qui duas introducit adorationes, diſſeparare naturas in perſona Chriſti. Nec male rem totam explicant Theologi Leidenses in Censura Confeſſionis Remonſtrantium, niſi quod de adjuncto inſeparabili nimis crudè philoſophantur. Verba eorum hæc ſunt: *quandoquædam divina natura cum humana in una perſona mediatoria conjuncta eſt, hinc ſit, ut una adoratione merè divina, non duabus diſtinctis, nec una ex duabus mixta, à nobis colatur, in qua objectum formale & cauſa propria ſi-*

ve

vetminus est divina tantum natura, quae hujus cultus per se tantum est capax, humana vero natura in eadem persona ut & officium mediatoris, quatenus ad humanam quoque naturam spectat, sunt objectum considerationis in eadem adoratione: quoniam Christum adoramus, quia filius Dei ac verus Deus est, & quia ei in mediatoris quoque officio, divinae plane proprietates & operationes conveniunt, ita tamen ut simul in eo consideremus, non tanquam objectum formale, ut causam propriam seu terminum adorationis, sed tanquam adjunctum personae adorandae in separabile atque ἐν ἑαυτῷ humanam ejus naturam & operationes, quas tanquam Mediator per humanam quoque naturam ad salutem nostram exercuit. Rectè Camer. Tom. III Oper. qq. ad Ebr. c. 1. v. 2. Christo inquit adoratio debetur, vel ob naturam divinam, vel ob officium mediatorium. Postquam enim Dei filium idem homo est ac mediator noster, neque natura divina seorsum, neque humana seorsum consideranda est. Sed neque inter adorandum Christum qui idem Deus & homo est, exuendus est officio mediatoris, atque ita à nobis considerandus nude: sed ut propheta, ut sacerdos, ut rex Ecclesia: actus enim adorandi unus cum sit, ista omnia conjunctim respicit in Christo. Si tamen fieri posset, quod omnino fieri non potest. ut, qui mediator est verè & proprie, idem non esset Deus, Mediator adorandus non esset, eò quod hic cultus merè divinus & religiosus est, Deo debitus non modo gradu, sed specie ab omni alio cultu diversus.

§. 20. Reliqua est *omnipraesentia*, de qua non eodem modo senserunt & locuti sunt Augustanae Confessionis Theologi, salva haecenus Ecclesiae pace. Neque est, quod hic ante victoriam triumphum canant adversarii, dicantque, Heshusium p. m. aliosque eum secutos, nihil sibi eum ubiuitate commune esse voluisse. Nam & nos ubiuitatem illam nobis affectam, una cum corporis extensione, expansione, diffusionem, diductionem & similibus absurdis rationis cogitationis detestamur. Interim nunquam negavit Heshusius carnem sive humanitati Christi communicata esse infinita dona omnipotentiae, omniscientiae, subsistentiae ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ: nunquam negavit, cum carne Christi communicatam praesentiam in omnibus istis locis, ubi Sacra Coena administratur. Non definit unionem personalem per gestationem & sustentationem: non negat Christum, ubi velit, adesse posse: non negat eum etiam secundum humanam naturam adesse virtute propria, operatione & dominio. Unde patet, immane quam

quantum inter Hoffmannum discipulosq; & Calvinianos discrimen in-
tercedere. Et rectè judicat doctiss. Schröderus Scept. Regal. pag. 693.
etiamsi questio de omnipræsentiâ corporis dominici nunquam fuisset mota,
nihilominus tamen afferendam fuisse communicationem majestatis divinæ,
cum assumpta carne factam, ut pote sine qua sublimis ille & augustus articu-
lus de sessione ad dexteram Dei nec satù intelligi, nec sincerè explicari pos-
est. Quod & ideo factò opuserat, ut reprimeretur *novæ ævi* adversariorum,
qui punctum omnipræsentiæ questionem particularem, cum Majestati ù com-
municatione, cujus ambitu multo plura comprehenduntur, cupide confun-
dunt, eodem carbone utramq; notant, & sub eodem ad invidiam excogitato
nomine ubiquitatis utramq; criminantur & infestantur. Hæc ille. Nempe,
si non movissent Calviniani certamen de præsentia corporis Christi in
cœna, nunquam forte Lutherus ad alteram de omnipræsentiâ carnis
Christi devenisset, altumq; ea dere fuisset silentium. Ipsi Status Imperij
in præfat. Formulæ concordiæ fatentur, nonnullos Theologos & in hù
ipsum Lutherum, cum de cœna dominica agerent, invitos etiam ab adver-
sariis ad disputationes de Personali unione Æuarum in Christo naturarum
pertractos esse &c. Vide Chempit, lib. de duab. Nat. Cap. XXX. sub finem,
ubi commemorat, B. Lutherum, cum multis argumentis de generali ubi-
quitate disputasset, postea cum animadverteret, in quos labyrinthos
disputationum, controversia sacramentaria ita abriperetur, & à verbis
institutionis, quibus præsentia corporis & sanguinis Christi in cœna tra-
ditur & promittitur, abduceretur, tandem in majori sua confessione,
consilium dedisse, quia disputatio illa pro simplicioribus non est
necessaria, contra adversarios vero frustra & absq; fructu suscipiatur,
ut contenti simus verbis Christi, quibus in institutione Cœnæ affirmat,
Hoc, quod in dominica cœna adest, exhibetur & ore accipitur, esse sumum
corpus. Quod si quaratur, quomodo hoc possibile sit, ac si obijciatur;
hoc pugnare cum veritate corporis humani, ut simul sit in pluribus lo-
cis, B. Lutherus simplicioribus præscribit hanc responsionem: Quia
Christus non nudus homo, sed verus substantialis & perfectus DEUS &
homo est in una inseparabili persona. Et quia dextera Dei, ad quã Chri-
sti corpus collocatum est, ubiq; est, nec ullo loco est circumscripta, con-
clusa & alligata. Idèò, quia ipse de pane Cœnæ dominicæ dixit: Hoc est
corpus meum, sine dubio ipsum pro sua sapientia & omnipotentia, cu-
jus nec modus nec finis nobis constat, facile posse invenire modum, li-

Q

cet

cet à nobis non intelligatur, quomodo corpus ipsius simul sit in caelo,
& in omnibus locis illis in terra, ubi coena dominica juxta institutio-
nem celebratur, cum utrumq; sit ipsius verbum.

S. 21. Nolumus *τὸ ἐκείνην καὶ τὴν ἐν τῇ* potius cupimus *τὸ πρῶτον εἶναι*
Ἰεσοῦ, ut *τὸ ἐκείνην* custodiamus. Qua in re modis maximis commen-
danda venit magni Chemnitii modestia atq; circumspectio, quam spe-
ctandam dedit aureo illo & nunquam satis laudato de duabus Naturis
in Christo libello. Quem secuti dicimus primo cum Formula Concor-
dia: *quod natura humana propter unionem personalem cum divinitate non*
sit conjusa, aut in eam transmutata: quod item humana in Christo natura
in omnia loca caeli & terra non sit extensa localiter. Solent nimirum Cal-
viniani nos nescio cujus Eutychanismi reos agere, cum tamen non
ignorent, nostros ab Eutychanismo tantum abesse, quantum ab infima
terra summum abest coelum. Nusquam enim veritatem corporis Christi,
etiam gloriosi & ad dexteram Dei sedentis negant: ubiq; eam inculcant
& defendunt. Hüterus disp. VII. de Omnipræl. cap. postter. antithes. 3.
Quatenus finitus, inquit, Christus homo est, est etiam in suo πῆ. Imo qua-
tenus est Ens corporeum naturale rationale, non omni excluditur loco. Men-
zerus contra Martinium pag. 52. seqq. Augustinum notat ex proprie-
tatibus corporis concludere absentiam carnis Christi à terris. Idem, in-
quit, Menzerus, ego confirmo. *Corpus enim Christi in caelo jam est, non in*
terris, visibiliter nimirum, exceptis apparitionibus extraordinariis, ut A Ct. 9.
& 27. Approbatibi Menzerus axioma Augustini, Fulgentii, Vigilij: Chri-
stus habet verum corpus, & secundum veri corporis modum seu per naturam
carnis suae est alicubi localis, non ubiq;, non nusquam. Addit, *manere corpus*
Christi finitum & circumscriptum: quod quicumq; negaverit, anathema
esto. Et pag. 76. *corpus Christi jam in caelo existens esse ait non quidem in*
loco proprie dicto, sed in τῷ caelesti. Schröderus lib. sæpius citato pag. 112.
Veritatem naturae humanae etiam in eminentissima majestate & glo-
ria, tum quoad animam, tum quoad corpus docet, & distin-
*guit proprietates, quae sunt corpori *φυσικῶν καὶ πνευματικῶν* communes,*
ejusmodi sunt esse finitum, quantum, habere partem extra partem, posse
in loco esse, posse moveri, posse spectari, posse palpari &c. quae in statu glo-
riae manent; ab aliis proprietatibus, ut sunt, esse mortale &c. quae non am-
plius manent in gloria statu. Idem pag. 620. *Corpus Christi, ait, cujus pra-*
sentiam in S. Coena Lutherani credunt, non est infinitum & incircumscri-
ptum,

ptum, sed uti nostrum corpus est finitum & circumscriptum, circumscriptio-
 ptione saltem interna. Nec est ita omniprensens, quin sicuti nostrum corpus,
 secundum veri corporis modum localiter etiam sit presens. In triduo mortis,
 inquit Lobecheius disp. 6. in August. Confess. thes. 91, anima localiter ad
 corpore suum soluta, ita ut definitivè esset in paradiso, & corpus circumscri-
 ptivè in sepulchro existeret. Adde Württembergenses in scripto Germani-
 co contra Hofmannum excuso Tubing. anno 1589. qui pag. 94. dicunt
 affingi sibi, quasi doceant, das Christi Leib mit der Gottheit an alle Orte
 ausgespannet / vnd also alles mit Fleisch vnd Blut Christi erfüllet sey/
 (ur loquatur pag. 47.) das alles voll Fleisch / Bein / Haut vnd Haar
 Christi sey/welches Bedicht wir alleseit in abgrund der Hellen verdamme
 haben. Ex his patet, quantam injuriam nobis faciant Calviniani, cum
 errores Eurychis nobis affingunt. Hic enim docuit, Dominum nostrum ex
 duabus consistisse naturis ante unionem, post unionem vero, unam tantum
 in illo naturam esse: nec corpus domini nobis consubstantiale esse. Vid. Evagr.
 lib. 1. Histor. Ecclesiast. cap. 9.

§. 22. Quamquam vero hæc ad eum modum se habeant, & corpus
 Christi tum in statu exanitionis tum in statu exaltationis manserit fi-
 nitum, circumscriptum, sicut nostrum corpus est, non tamen ita Christus
 homo confedit ad dexteram Dei & secundam humanam naturam Rex
 cæli & terræ factus est, ut absens omnia gubernet, & imprimis, ut absens
 Ecclesiam regat, tueatur, ornet. Absit vero? Quin humanitas (verba sunt
 Magni Chemnit. lib. cit. cap. 30. pag. 205.) λόγος & cum λόγος omnibus
 dominatur, non ex longinquo aut immenso intervallo absens, seu per vica-
 riam operam & administrationem, sicut Reges solent, quando ipsorum impe-
 rium per multas & longinquas provincias late extenditur: sed sicut in λόγος
 subsistit, ita etiam quatenus τὸ λόγος personaliter adhaeret, in λόγος omnia
 coram se presentia habet, & omnibus presens dominatur ἐν τῷ λόγος. Schröd.
 pag. 695. docet, vocabulum omnipresens, cum de presentia assumpta
 natura est sermo, bifariam usurpari: uno modo, quo salva sua veritate, fini-
 tate & localitate, dicitur omnipresens, quatenus τὸ λόγος, ubicunq; sive in
 cælo sive in terra is adest, conjunctior est creatura quacunq; aliâ. Dicitur
 omnipresens τὰ λόγος, & unionis &c. Altero modo, quo salva veritate
 sua, rebus creatis dicitur esse presens, quatenus non solum in hypostasi λόγος
 omnipresens subsistit, sed etiam per operationes divinas, quarum per unio-

*nem & exaltationem novam facta est, omnipraesenter res universas sustentat, conservat & gubernat. Dicitur alias omnipraesentia ratione creaturarum: item omnipraesentia utriusque $\psi\omega\sigma\epsilon\omega\varsigma$ seu exaltationis, id quod etiam nittatur exaltatione illa per quam assumpta caro sedet ad dextram Dei. Mentzeri contra Martinium verba sunt pag. 426. scriptura describens caeleste & divinum Christi homini imperium, atque caeli & terra, in primis autem Ecclesia gubernationem & conservationem ejusmodi nobis Jesu Christi ad dextram Majestatis exaltati omnipraesentiam commendat, qua potissimum in regendo orbe omnipotentia, in propugnanda & exornanda Ecclesia divina gratia, in puniendū hostibus infinito robore & justitia definitur. Recte dicere possū, omnipotentem praesentiam & omnipotentem potentiam. Hactenus Mentzerus, qui in Martinio Elenchomeno pag. 6. seqq. Martinium culpatur desinientem ubiquitatem sive omnipraesentiam per praesentiam humanam naturam in omnibus locis, & pag. 8. omnipraesentiam esse dicit Christi praesentem divinam actionem, pag. 14. addens, localem ubiquitatem pariter nos cum Calvinisticis detestari. Neque enim de generali ubiquitate Christi hominis in lignis, lapidibus, pomis, avibus, pecoribus, piscibus, solliciti nunc sumus cum Formula Concordiae pag. 878. & Chemnitio pag. 205. cujus verba in prima editione lib. de D. N. in Chr. notabilia sunt: *Quoniam de generali illa corporis ubiquitate & praesentia in omnibus creaturis nec inter veteres quidem satū constat, nec ipsorum testimonia & sententiae consentiunt, ideo in medio relinquam: abundet quisque suo sensu.* Hanc modestiam laudamus: adversariorum intempericem averlamur.*

§. 23. Explicatam hactenus omnipraesentiam probamus ex Matth. 18. 20. Matth. 28. ult. Sic argumentamur: Quaecumque praesentia ad officium Christi regium pertinet, illa est utriusque naturae. Atqui praesentia, quam Christus locis citatis promittit, pertinet ad officium Christi regium, E. Major clara est: actiones enim officii sunt utriusque naturae communes. Minor negari nequit. Deinde producimus locum Eph. 1. 23. cap. IV. 10. Isthic dicitur Christus Homo implere omnia in omnibus: hic verò ascendisse longē supra omnes caelos, ut impleveret omnia. quem locum sic interpretatur Oecumenius: *Nuda quoque divinitate olim omnia implebat. Et incarnatus, ut omnia cum carne impleveret, descendit & ascendit.* Et Theophylactus: *Ut omnia impleat dominatione operationisque, idque in carne, quandoquidem divinitate jam antea cuncta compleveret.* Hac autem adversus P. Samosatenum & Nestorium sunt. Tandem producimus loca Psal. 110. 2, Apoc. 1. 13. Priori loco dicitur Christus

stus

Itus ita sedere ad dextram Dei, ut dominetur in medio inimicorum suorum.
Posteriori dicitur Christus Homo in medio Ecclesiae versari. &c. Quicumq[ue]
enim dominatur in medio inimicorum suorum &c. eum oportet istice
praesentem esse. Atqui post exaltationem Christus dominatur in medio
inimicorum suorum. E. Quae hic obijciunt Calviniani, loquuntur de lo-
cali ubiuitate, adeoq[ue] merae sunt Elenchi ignorationes. Illa quoq[ue], quae
obijciunt, quod Christus reliquerit mundum, non sit hic &c. pariter
non ferunt scopum. Reliquit enim Christus mundum, quantum ad
visibilem conversationem, non autem quoad praesentiae gubernatio-
nem. De hac quaritur, non de illa: hanc ergo probent, si viri sunt, aut
desinant maledictis propter veritatem nos onerare.

§. 24. Tantum de infinitis donis, quorum plenariam usurpationem
Christus homo per exaltationem accepit. Dices cum Calvinianis: haec
dona totamq[ue] adeo exaltationem non pertinere ad essentiam huma-
nem, sed personae tantum per vocabula conereta attribui, eandemq[ue] esse
rationem exaltationis Christi, sicut dicitur, *Filium hominis descendisse*
de caelis, ac fuisse ante incarnationem, quod personae quidem tribuitur,
non autem convenit ei secundam humanam, verum divinam naturam.
Respondeo, hac objectione nihil est ineptum aut falsius. Quomodo enim
naturam, quae in Christo invariabilis & immutabilis est, altius evehit aut
sublimius exaltari potuit? Quomodo secundum eam naturam, cuius
potestas est aeterna & infinita, accipere aliquid potuit? Quomodo se-
cundum eam naturam potest dici ad dexteram Dei consedisisse, quae ipsa
est dextera Dei? Tandem, si secundum divinam naturam sublimatus est,
quomodo non inde sequetur Arianismus, ita ut dicendum sit divinam na-
turam τὸ ἄρχον, ab aeterno non habuisse omnia, infinitam virtutem
ac potentiam non possedisse, λόγον non esse genitum ab aeterno, non
esse ὁμοῦστος Petri, neq[ue] verè & essentialiter DEUM esse? Deitatis enim
proprium est, ut sit sibi sufficientissima, cui nec addi nec demi quippiam
possit. Coeterum hic minimè praetereundus est illustris Pauli locus ad
Phil. 2. & in primis τὸ ἐχαλεῖται, quod ex gratia donare significat. At
repugnat divinitati à gratia aliena pendere. Putant quidem adversarii
non inconueniens esse locum Pauli interpretari de Christo secundum
divinam etiam naturam spectato, eò quod verissimum sit, λόγον admi-
rando modo se humiliasse, cum nostri causa homo fieri fuit dignatus.
Verum committunt ignorationem Elenchi. Neq[ue] enim haec nos inter-

& adversarios agitur controversia, an λόγος suo modo se humiliave-
 rit: sed, an præsens Pauli testimonium propriè & directè agat de hu-
 jusmodi humiliatione, quæ λόγος, quatenus est λόγος, attribui possit.
 Nulla ratione id promittit textus. Agitur enim non de humiliatione,
 activè sumpta sed passivè: de forma servi, de exinatione reali, de obse-
 dientia, secundum quam sustinuit mortem crucis, quæ velut limes &
 terminus illius obœdientiaæ erat. Pleraq; adversariorum objectiones E-
 lenchi ignorationes sunt, ut cum ex 2. Sam. 7. sic argumentantur: Cui
 sedes firmata pomittitur, is est exaltatus. Atqui Filio Dei & c. E. ex Ebr.
 1. 5. De quo intelliguntur ista verba: Hodie genui te, is est exaltatus.
 Atqui de Filio Dei & c. E. ex Psal. 2. Cui Deus Pater gentes in hæreditatem
 & terminos terræ in possessionem dedit, is est exaltatus. Atqui Filio
 Dei & c. E. ex Joh. 5. Cui data est potestas exercendi iudicium, is est ex-
 altatus, Atqui Filio Dei & c. E. Joh. 6. Is exercet iudicium & suscitatur mor-
 tuos, qui à Patre missus est in hunc mundum. Atqui Filius Dei & c. E.
 item: Qui sicut Pater honoratur, ei quoq; datum est iudicium. Atqui
 Filius Dei & c. E. item: Cui datum est vitam habere in semetipso, huic
 quoq; data est potestas faciendi iudicium. Atqui Filio Dei & c. E. Item;
 Qui Spiritu Sanctu visibiliter effudit, is est exaltatus. Atqui Filius Dei & c.
 E. Tandem: Per quem Pater condidit secula, qui est splendor gloriæ
 Patris & expressa imago substantiæ illius, qui moderatur omnia verbo
 potentia suæ, qui fecit purgationem peccatorum per semetipsum, qui
 est noster Pontifex & Sanctorum administrator, is est exaltatus & sedet ad
 dextram Dei, Atqui æternus Dei Filius & c. E. Nihil hæc omnia con-
 cludunt: meræ sunt ἀγνοιαὶ ἐλέγχαι: concludere debebant; Ergo secun-
 dum divinam naturam est exaltatus & glorificatus. Sed nec id concludere
 debent: Ergo est glorificatus verbaliter & externè: huc enim recurrere
 solent, qui in toto hoc articulo de Incarnato Dei Filio ut plurimum
 nil nisi verba dant. Hoc erat concludendum: Ergo secundum divinam
 naturam realiter est glorificatus & exaltatus, reali nimirum illa donatio-
 ne, pro qua impetranda obsecrabat Patrem. Vide Schröd. pag. 286. seq.
 & 154. seq.

COROLLARIUM. I.

*Queritur, cum dico, Christus est Mediator secundum
 nostram naturam. an id secundum capiatur specificativè, an ve-
 ra reduplicativè? Respondetur specificativè: imò, si id secundum
 capia-*

capiatur ita, ut reduplicet ipsas naturas in unione consideratas,
capi etiam reduplicative potest: non vero, ut reduplicet natu-
ras in & per se atq; formaliter consideratas.

COROLLARIUM. II.

Queritur, postquam *ὑπόστασις τῆς λόγῃς* facta est hypostasis
carnis, an hypostasin τῆς λόγῃς recte Damascenus Orat. coepit. Ace-
phalos vocaverit *ὁυδενου*? Respondetur, sumendo vocem persona
concretove, persona filii Dei jam non amplius sola divinitate ut
adsumente, nec sola humanitate ut assumta, sed utraq; plene de-
finitur & velut componitur.

COROLLARIUM. III.

Queritur, an Christus hodiernum pro nobis ad dexteram
Dei sedens intercedat? Respondetur: Omnino; quanquam id
hodie non fiat cum illis circumstantiis passionum, lacrimarum,
supplicationum, validi clamoris, de quibus Ebr. 5. 7. (hanc alii
vocant intercessionem formalem) Sed jus semel acquisitum no-
bis applicando, suumq; meritum & Satisfactionem Trinitati
presentando, adeoq; objective seu materialiter intercedendo.

COROLLARIUM. IV.

Queritur, an Christus homo virtute secum communicatã
resurrexerit? Aff.

COROLLARIUM. V.

Queritur, quid sentiendum sit de illis Calvinistarum
glossis, quibus miracula in & post resurrectionem Christi facta
in pariete potius, janua & sepulchri mole, quam in corpore Chri-
sti glorioso edita affirmant: item, Christum vel per fenestram
vel per recta, vel aliunde ad discipulos ingressum contendunt?
Resp. pudenda hæc sunt somnia.

COROLLARIUM. VI.

Queritur, qua fide Leidenses Theologi Disp. 28. ches. 14.
dicant, nos, quos Ubiquitarios vocant, fingere modum adscensus
Christi in cælum non verum & corporeum, sed tantum dispariti-
onem ex oculis discipulorum? Respondetur, pessimã.

COROL-

COROLLARIUM. VII.


Queritur, quid sentiendum sit de descriptione cæli, in quod Christus ascendit. & sessionis ad dexteram Dei, quam tradunt adversarii? Respondetur, describi hæc ἀπὸ θεοῦ φησ.


COROLLARIUM. IIX.

Leidenfes in Synops. pur. Theol. Disp. 25. thes. 35. dicunt de persona ab alterutra natura appellata, enunciari prædicata alterius naturæ, & de persona quidem à divina natura appellata, prædicari humana OMNIA; vel ab humanâ, divina OMNIA. Verum enimvero salubre monitum est Philippi in Locis, dignam esse diligentiam piis loqui cum Ecclesia, ubi addit; non sine eruditis causis Ecclesia vetus alios modos comprobavit, alios rejecit. Inter rejiculas propositiones sunt istæ; Christus est creatura, Christus capit esse, Christus factus est, Christus in assumpta habitat humanitate, Christus subsistit in persona Filii Dei, Item, Filius Maria non est alterius à Patre & Filio essentia, Filius Maria non habet carnem & sanguinem, Filius Maria subsistit in persona propria. Item, Filius Dei est creatura, Filius Dei ab æterno non est, Filius Dei est natura corporeus & similes. Quæquam enim hæc commodè explicari per primum genus communicationis Idiomaticum possint, prudenter tamen Veteres vitarunt ambiguitatem, vitarunt infidias, ut loquitur cit. loc. Philippus, & ab his loquendi modis abstinuerunt, ne simplices vel offenderentur vel seducerentur, & illa occasione hæretici falsas opiniones spargere possent.

ADDENDA ad §. 14. vid. Polanus lib 2. Syntag. Th. cap. 31. fol. 190.

Ad §. 16. Potestas de qua loquitur Christus Matt. 28. aut est finita, aut infinita. si finita & creata E. Christus secundum Deitatem habebit aliquid finitum & creatum; si infinita, habemus quod volumus. Dices, esse respectu Deitatis infinitam, respectu humanitatis, finitam. Respondeo contra principia disputatur, quando uni eidemq; voci semel posita simul potest atq; finita & infinitam significandi vis attribuitur. Dices potestatem officij hic intelligi, qua nec finita sit nec infinita. Respondeo, & sic contra principia disputari, ipsiq; Rhodiniæ arma porrigi, contententibus, dari Ens, quod nec creator sit nec creatura, nec finitum nec infinitum.





rus ita sedere ad dextram Dei, ut dominetur in
 Posteriori dicitur Christus Homo in medio Eccl
 enim dominatur in medio inimicorum suor
 presentem esse. Atqui post exaltationem Chr
 inimicorum suorum. E. Quæ hic obijciunt Cal
 cali ubi quitate, adeoq; meræ sunt Elenchi ign
 obijciunt, quod Christus reliquerit mundum
 non feriant scopum. Reliquit enim Christus
 visibilem conversationem, non autem quoa
 nem. De hac quaritur, non de illa: hanc ergo
 desinant maledictis propter veritatem nos one

S. 24. Tantum de infinitis donis, quorum
 Christus homo per exaltationem accepit. Di
 dona totamq; adeo exaltationem non pertine
 nem, sed personæ tantum per vocabula conere
 rationem exaltationis Christi, sicut dicitur, Fi
 de coelis, ac fuisse ante incarnationem, quod p
 non autem convenit ei secundam humanam,
 Respondeo, hac objectione nihil est ineptius au
 naturâ, quæ in Christo invariabilis & immuta
 sublimius exaltari potuit? Quomodo secund
 potestas est æterna & infinita, accipere aliqui
 cundum eam naturam potest dici ad dexteram
 est dextera Dei? Tandem, si secundum divinam
 quomodo non inde sequetur Arianismus, ita u
 turam τὸ ἄνω, ab æterno non habuisse omni
 ac potentiam non possedisse, ἄνω non esse g
 esse ὁμοῦσιν Petri, neq; verè & essentialiter Di
 proprium est, ut sit sibi sufficientissima, cui nec
 possit. Ceterum hic minimè praterendum e
 Phil. 2. & imprimis τὸ ἐξαεῖον, quod ex gra
 repugnat divinitati à gratia aliena pendere.
 non inconueniens esse locum Pauli interpreta
 divinam etiam naturam spectato, eò quod ver
 rando modo se humiliasse, cum nostri causa
 Verum committunt ignorationem Elenchi, N

Q 3

suorum.
 Quicumq;
 portet istic
 r in medio
 tur de lo
 quoq;, quæ
 pariter
 tantum ad
 bernatio
 i sunt, aut

pationem
 anis: hæc
 am huma
 demq; esse
 descendisse
 tribuitur,
 naturam.
 odo enim
 vehi aut
 am, cujus
 modo se
 quæ ipsa
 matus est,
 vinam na
 virtutem
 no, non
 tatis enim
 quippiam
 locus ad
 ificat. At
 adversarii
 cundum
 pov admi
 dignatus.
 os inter
 & ad:

